HAIMO ALTISSIODORENSIS
3. Viertel 12. Jh. Seite 130r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36535
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



Septimo autē anglo tuba canente. uoces magnę fiunt
in cęlo. idē in ipsa eccl̄a electorū. Quę uoces nichil aliud
sunt nisi magnū scōrū desideriū. laudantiū dm̄. &
grarū actiones p̄sonantiū. atq; dicentiū. Factū est
regnū huius mundi cui antiquus hostis dominabat̄
dn̄i di nr̄i. idē patris & xp̄i sui filii. Et regnabunt
pater & filius qui in patris & filii nomine intelligunt̄.
cū omi electoq; eccl̄a in secula seculorū. Hanc potesta
tem filius di accepit p̄ humanitatē. qui omā cum
patre possidebat p̄ diuinitatē. Vnde ipse surgens
a mortuis dicit. Data ē michi omīs potestas in cęlo
& in terra. Et uiginti quatuor seniores. idest
p̄dicatores qui in conspectu di sedent in sedib; suis.
idē in potestate iudiciaria iuxta illud. Ecce dn̄s ue
niet cum senioribꝰ populi sui. Ceciderunt in faci
es suas. Omnia sua ad eū referentes qui dicit. sine me
nichil potestis facere. Qui in conspectu di sedent.
quia in cunctis quę agunt uel dicunt dm̄ sibi p̄sen
tem semp̄ adtendunt. Et adorauerunt dm̄ di
centes. Grās tibi agimus dn̄e omp̄s ds̄. qui es inmuta
bilis. & qui eras ante omnia secula cum patre.
Vbi intuendū quia n̄ subiungunt. qui uenturus
es ut supra. Presentē enim iam in iudicio quo hęc
omnia agent̄ demonstrant. quē uenturū mini
me p̄dicant. Quia accepisti uirtutē tuam
magnā. quando resurgens a mortuis omnia
regna tuę potestati subiecisti. Et hoc in huma
nitate. quia uirtus indeficiens ē in tua diuini
tate. Et regnasti, & regnas. & regnaturus es.